

Signum  
notarii.

Et ego Petrus filius Petri Poserni de Semftinberg clericus Mysnensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius — praemissis interfui — et praesens instrumentum inde confeci etc.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen.

No. 546. 1363. 3. Apr.

*Der Probst Johann zu Schlieben erklärt, dass die in No. 545 ausgesprochene Vergünstigung vom archidiaconus Lusatiae Conrad Prūze für die sedes Slywin ihm zugestanden worden, prout etiam ab olim per recolendae memoriae virum dominum Nicolaum Ebirhardi de Budesyn doctorem decretorum, tunc archidiaconum Lusatiae antecessorem suum domino Conrado quondam praeposito in Slywin immediato praedecessori meo concessum fuerat et indultum, und verspricht in wörtlicher Einschaltung des Textlautes der vorherstehenden Urkunde die genaue Festhaltung der getroffenen Bestimmungen. Actum et datum Mysnae anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.LXIII<sup>o</sup>. feria secunda in septimana paschae praesentibus honorabilibus et discretis viris dominis Theoderico de Goch decano, Palberto de Mólhusen cantore, Theoderico de Cappelndorph scolastico, Frederico de Miltitz praeposito Wurczinensi, Theoderico de Schonenberg canonicis ecclesiae Mysnensis necnon Andrea de Kothebuz, Michahela Lemkyni de Gubbyen perpetuis et Petro de Semftinberg temporali eiusdem ecclesiae Mysnensis vicariis testibus ad praemissa vocatis et rogatis.*

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Probsts Johann an einem Pergamentstreifen.

No. 547. 1363. 13. Apr.

*B. Johann dotirt einen von ihm gegründeten Altar in der Domkirche und bestimmt die Begehung des Jahresgedächtnisses seines Bruders, des vormal. Probsts Heinrich zu Wurzen.*

In nomine domini amen. Licet humana natura etc. Hinc est quod nos Johannes dei gratia episcopus Mysznensis<sup>1)</sup> — ob reverentiam et venerationem sanctorum Augustini et Jeronimi, ad quorum gloriam auementandam specialis devotionis trahimur ex affectu, quatuor sexagenas latorum grossorum cum octo grossis et duobus hallensibus et quatuor pullis reddituum annui census in villa et pago villae dictae Symtselwicz<sup>a)</sup> sitae in districtu Dobelinensi apud strenuum Friczkonem de Grellinhayn, ipsius conthoralem et suos filios praedicti Friderici privignos dictos de Stochusen<sup>2)</sup>, qui et quae nobis praedicta bona seu censum libera accedente voluntate resignarunt, pro nostra parata pecunia comparavimus et altari dictorum Augustini et Jeronimi sanctorum, quod in ecclesia nostra Misznensi<sup>3)</sup> de novo construximus, praefatum censum utputa quatuor sexagenas octo grossos duos hallenses cum quatuor pullis de expresso et unanimi consensu capituli nostri Mysznensis<sup>1)</sup> donavimus — ac praesentibus — unimus per altaristam seu vicarium dicti altaris qui pro tempore fuerit — recipiendum annis singulis ac perpetuis temporibus possidendum, ut exinde lautius vivere valeat et deo et supradictis sanctis eius libentius famulari. Qui quidem vicarius

1) Misnensis B. 2) Stochäsen B. 3) Mysnensi B.  
a) Simselwitz bei Döbeln.